

C. IVLI CAESARIS

COMMENTARIII

EDIDIT

ALFREDVS KLOTZ

VOL. I

COMMENTARIII BELLI GALLICI

EDITIO QVARTA



LIPSIAE IN AEDIBVS B.G. TEVBNERI MCMLII

MEMORIAE

HENRICI MEUSEL

VII C 32

45-53

B. G. TEVBNERI ET ACADEMIAE LITTERARVM

AD OPVS SOCIATIS

LIZ.-NR. 294-6363/49-2555/49

PRINTED IN GERMANY

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEVBNERI (III/18/154) - T 3490

EX PRAEFATIONE EDITIONIS PRIMAE

In Caesaris Belli Gallici commentariis recensendis hi *codices* praesto sunt codices:

- A** = codex Amstelodamensis 81 s. IX/X, olim Floriacensis, qui postea Petri Danielis et Iacobi Bongarsii fuit.
- Q** = codex Parisinus Lat. 5056 s. XII, olim Moysiaccensis.
- B** = codex Parisinus Lat. 5763 s. X, olim Floriacensis.
- M** = codex Vaticanus Lat. 3864 s. X, olim Corbeiensis.
- S** = codex Laurentianus 33 s. X, olim Ashburnhamensis.
- L** = codex musei Britannici Add. 10084 s. XI, olim Lovaniensis.
- T** = codex Parisinus Lat. 5764 s. XI, olim I. A. Thuani.
- V** = codex Vindobonensis 95 s. XII.
- U** = codex Vaticanus Lat. 3324 s. XI, olim Fulvii Ursini.
- R** = codex Riccardianus 541 s. XI/XII.

Horum codicum lectiones ex priorum editorum thesauris, praesertim Henrici Meusel¹⁾, sumpsimus, nisi quod collatio codicis L debetur viro doctissimo T. Rice Holmes (Class. Quart. 5, 1911, 137-163). ac significavi littera ω omnium codicum consensum. discedere autem eos in duas stirpes α (AQ, BMSL) et β (TU, UR) quarum utraque in

1) C. Iulii Caesaris Belli Gallici libri VII A. Hirtii liber VIII recensuit apparatu instruxit Henricus Meusel 1894.

a*

III

Knihovni středisko

18-1025-53

sofické fakultě Masarykovy university

v Brně, Grohova 7.

NOTAE

<i>Lips.</i> = Lipsius	<i>Mo.</i> = Mommsen
<i>Madv.</i> = Madvig	<i>Mue.</i> = H. J. Mueller
<i>Man.</i> = Manutius	<i>Nap.</i> = Napoleon III
<i>Meu.</i> = H. Meusel; <i>L.C.</i> = Lexicon Caesaria- num 1887—1893; <i>T.C.</i> = Tabula con- iecturarum (ibid.); 1890 = Jahresber.d. philol. Ver.; 1913 = Caesaris commen- tarii de bello Gallico erkl. v. Kraner-Dit- tenberger, 17. Aufl. v. H. Meusel I (1913); 1920 = id. II. III (1920)	<i>Nipp.</i> = Nipperdey
	<i>Oud.</i> = Oudendorp
	<i>Scal.</i> = Scaliger
	<i>Schn.</i> = C. E. Chr. Schneider
	<i>RSchn.</i> = Rud. Schneider
	<i>Steph.</i> = Stephanus
	<i>Vasc.</i> = Vasconianus
	<i>Vielh.</i> = Vielhaber
	<i>Wesenb.</i> = Wesenberg

ADDENDA

Cum textus prelum exerceret, in manus meas pervenit Erani Suecani vol. 47 (1949), cuius p. 72—86 exstat Harald Hagendahl disputatio *Innehåller Caesartexten i De bello Gallico främmande inslag*, qua de interpolatione geographica eius operis agitur. post Barwickium nihil novi profert, itaque non habeo cur a mea sententia decedam.

5, 29, 2 p. 117, 4 *venturos. sese non eqs.* legendum esse monuit M. Schuster amicus.

COMMENTARIORVM BELLI GALLICI

LIBER PRIMVS

1. Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum 1
unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ip-
sorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. hi om-
nes lingua institutis legibus inter se differunt. Gallos
5 ab Aquitanis Garunna flumen, a Belgis Matrona et Se-
quana dividit, horum omnium fortissimi sunt Belgae, 3
propterea quod a cultu atque humanitate provinciae
longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe
commeant atque ea quae ad effeminandos animos per-
tinent important proximique sunt Germanis qui trans
10 Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum ge-
runt, qua de causa Helvetij *quoque* reliquos Gallos 4
virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum
Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohi-

Testimonia: I 1, 1—7 adfert anon. *Leid. de situ orbis ed. M. Manutius 1884, 49 (= λ) || I 1, 1—2 cf. Amm. 15, 11, 1*

inscribunt: INCIPIT LIBER GAIJ CESARIS BELLI GALLICI IVLIANI DE NARRATIONE TEMPORVM · INCIPIT LIBER SVETONII A INCIPIVNT LIBRI GAIJ (IVLII *add. β*) CAESARIS BELLI GALLICI IVLIANI (IVLIANI *om. β*) DE NARRATIONE TEMPORVM BMβ; *cf. Oros. hist. 6, 7, 2 hanc historiam (sc. Caesaris) Suetonius Tranquillus plenissime explicuit, cuius nos competentes portiuunculas decerpimus (sequitur Oros. Bell. Gall.). Sidon. epist. 9, 14, 7 laudat de rebus gestis Caesaris opera Suetonii (i. Suet. Iul. et Caes. Gall.). De tituli forma cf. etiam Cic. Brut. 262 et C. St. p. 2 || Cap. 1—29 desunt in S || 5 garunna φβ Amm. garonna λ garumna χ, cf. Meu. 1913, 347 || 12 helvitiij vel helvicii fere α (Meu. L. C. I 1416)*

bent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. [Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garunna flumine Oceano finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. 5
6 Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garunna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum 10 solis et septentriones.]

1 2. Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. is M. Messala [et P.] M. Pisone consularibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit ut de finibus suis cum 15 omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo qui agrum Helvetium a Germanis dividit, altera ex parte monte Iura altissimo qui est inter Sequanos et Helvetios, tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano qui provinciam nostram ab Helvetiis 4 dividit. his rebus fiebat ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex 25 parte homines bellandi cupidi magno dolore adfiebantur. pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXI, in latitudinem CLXXX patebant. 30

1 3. His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti constituerunt ea quae ad proficiscendum pertine-

1—11 del. Bacher, *Bayr. Bl. f. Gymn.* 2, 118, cf. *Meu.* 1890, 20 et *Rh. Mus.* 33 (1934), 88 || 4 Oceano Ald. oceanum ω || 8 septentriones Ald. || 10 est om. β 13 del. Lahmeyer || 18 iis Spillmann eis ω, cf. *Meu. L. C. II* 250 || 19 una . . . adfiebantur (27) del. Lange, cf. *Barwick, 1942, 29* || 30 CLXXX ω LXXX Hubo *Jahrb.* 147 (1893), 707; sed cf. *C. St. p.* 27³; aliter J. Philipp apud E. Norden, *Die germanische Urgeschichte in Tacitus' Germania* 1920, 474; qui . . . patebant del. Norden *ibid.* quibus verbis demptis mihi oratio languere videtur

rent comparare, iumentorum et carrorum quam maximam numerum coemere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. 5 ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt, in tertium annum profectionem lege confirmant. ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. is ubi 3 legationem ad civitates suscepit, in eo itinere persuadet Castico Catamantaloedis filio Sequano, cuius pater 4 regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et ab senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerat; itemque Dumnorigi Haeduo fratri Diviciaci, qui 5 eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur persuadet eique filiam suam in matrimonium dat. perfacile 6 factu esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non 7 esse dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat. hac oratione adducti inter se 8 fidem et ius iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

25 4. Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat ut igni cremaretur. die constituta causae dictionis Orgetorix ad 2 iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coegit et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit; per eos ne causam diceret se eripuit. cum civitas ob eam rem incitata armis ius suum exequi conare-

7 ad eas res conficiendas et deligitur is del. Gru. | ubi Bc sibi ω quo servato suscipit Dav. || 12 habuerit *Meu.* || 13 diviciaci de forma nominis cf. *Meu. L. C. I* 937 et 1894, 220 || 17 factu γB factum Mq facto π || 24 potiri <imperio> A³, cf. *C. St. p.* 238 || 26 vinculis Mβ vinclis γB, cf. *Meu. L. C. II* 2, 2328 || 28 dictioni Paul, cf. *C. St. p.* 7³

tur multitudinemque hominum ex agris magistratus
4 cogere, Orgetorix mortuus est; neque abest suspicio,
ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem con-
sciverit.

1 5. Post eius mortem nihilominus Helvetii id quod 5
constituerant facere conantur, ut e finibus suis exeant.
2 ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt,
oppida sua omnia numero ad duodecim, vicos ad qua-
3 dringentos, reliqua privata aedificia incendunt, fru-
mentum omne, praeter quod secum portaturi erant, 10
comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiorum
ad omnia pericula subeunda essent, trium mensum
4 molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent. per-
suadent Rauracis et Tulingis et Latobicis finitimis uti
eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una 15
cum iis proficiscantur, Boiosque, qui trans Rhenum in-
coluerant et in agrum Noricum transierant Noreiam-
que oppugnabant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.

1 6. Erant omnino itinera duo quibus itineribus domo
exire possent: unum per Sequanos, angustum et diffi- 20
cile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix
qua singuli carri ducerentur, mons autem altissimus
2 impendebat, ut facile perpauci prohibere possent; al-
terum per provinciam nostram, multo facilius atque
expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et 25
Allobrogum qui nuper pacati erant Rhodanus fluit
3 isque nonnullis locis vado transitur. extremum oppi-
dum Allobrogum est proximumque Helvetiorum fini-
bus Genava. ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet.
Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono 30
animo in populum Romanum viderentur, existimabant,
vel vi coacturos ut per suos fines eos ire paterentur.

10 praeter B^cβ praeterquam α || 12 mensium β || 14 Rauricis
Glueck, cf. *Meu.* 1913, 349 | tulingis β | latobicis φ latovicis χ
Glueck (cf. *CIL III 2925 al.*) latocueis β, cf. ad I, 28, 3 | finitimis
suis χ || 16 iis *Man.* his ω || 18 oppugnabant *Kraff.* oppugna-
rant ω || 21 inter . . . Rhodanum *del. Mo., cf. BphW.* 1915, 237 ||
23 alterum φ β alterum iter χ || 26 pacti MB^cϱ || 29 Genava *Mo.*
genua ω ubique

omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt 4
qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant. is dies
erat a. d. v kalendas Apriles L. Pisone Aulo Gabinio
consulibus.

5 7. Caesari cum id nuntiatum esset eos per provin- 1
ciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe pro-
ficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam
ulteriorem contendit et ad Genavam pervenit, provin- 2
ciae toti quam maximum potest militum numerum im-
3 perat — erat omnino in Gallia ulteriore legio una —;
pontem qui erat ad Genavam iubet rescindi. ubi de eius 3
adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum
mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Nam-
meius et Veruloetius principem locum obtinebant, qui 4
15 dicerent sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per
provinciam facere, propterea quod aliud iter habent
nullum; rogare ut eius voluntate id sibi facere liceat.
Caesar, quod memoria tenebat L. Cassium consulem 4
occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub
20 iugum missum, concedendum non putabat; neque ho- 5
mines inimico animo data facultate per provinciam
itineris faciendi temperatos ab iniuria et maleficio
existimabat. tamen, ut spatium intercedere posset, dum 6
25 milites quos imperaverat convenirent, legatis respon-
dit diem se ad deliberandum sumpturum; siquid vellent,
ad idus Apriles reverterentur.

8. Interea ea legione quam secum habebat, militibus- 1
que qui ex provincia convenerant, a lacu Lemanno, qui
in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui
30 fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, milia passuum
decem novem murum in altitudinem pedum sedecim
fossamque perducit. eo opere perfecto praesidia dis- 2
ponit, castella communit, quo facilius si se invito trans-
ire conarentur prohibere possit. ubi ea dies quam 3

3 a. d. *Scal.* ad ω || 13 nameius ϱ || 14 veruloetius B^cβ |
principem π principum α ϱ | principum . . . haec cum (20, 5 p. 13, 20)
desunt in B quattuor foliis excisis. succedit C Vossianus I s. XI
ex integro transcriptus || 20 iugo ϱ V || 22 faciendi A^cU faciendi
A¹Q φ π R || 26 id. april. ω || 34 possit α π posset M^cϱ possent L

constituerat cum legatis, venit et legati ad eum re-
 verterunt, negat se more et exemplo populi Romani
 posse iter ulli per provinciam dare et si vim facere
 4 conentur, prohibitorum ostendit. Helvetii ea spe deieci
 navibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii va- 5
 dis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, non-
 numquam interdiu, saepius noctu si perrumpere pos-
 sent conati, operis munitione et militum concursu et
 telis repulsi hoc conatu destiterunt.

1 9. Relinquebatur una per Sequanos via, qua Sequanis 10
 2 invitis propter angustias ire non poterant. his cum sua
 sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem
 Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis
 3 impetrarent. Dumnorix gratia et largitione apud Se-
 quanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus, 15
 quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium
 duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus stude-
 bat et quam plurimas civitates suo beneficio habere ob-
 4 strictas volebat. itaque rem suscipit et a Sequanis im-
 petrat, ut per fines suos Helvetios ire patiantur, ob-
 sidesque uti inter se dent perficit: Sequani ne itinere 20
 Helvetios prohibeant, Helvetii ut sine maleficio et
 iniuria transeant.

1 10. Caesari renuntiatur Helvetiis esse in animo per
 agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum 25
 fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt,
 2 quae civitas est in provincia. id si fieret, intellege-
 bat magno cum periculo provinciae futurum, ut ho-
 mines bellicosos populi Romani inimicos locis paten-
 3 tibus maximeque frumentariis finitimos haberet. ob 30
 eas causas ei munitioni quam fecerat T. Labienum
 legatum praefecit; ipse in Italiam magnis itineribus
 contendit duasque ibi legiones conscribit et tres quae

5 (alii) navibus *Hotm.*, sed cf. e. g. *Cic. Sest. 34 Liv. 21, 56, 5 Verg. Aen. 7, 394* || 11 cum sua sponte persuadere non possent ζ cum ... poterant ω quoniam ... poterant *Schn.* || 13 suo $\alpha\beta$ sub L || 21 se χ sese $\varphi\beta$ | perficit $A^c\varphi\varrho T$; an est praes.? || 24 renuntiatur χCL renuntiantur $M\beta$ nuntiatur *Lips.* || 32 praeficit *Meu.*

circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et
 qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes
 erat, cum his quinque legionibus ire contendit. ibi 4
 Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus
 5 occupatis itinere exercitum prohibere conantur. com- 5
 pluribus his proeliis pulsus ab Océlo, quod est (oppi-
 dum) citerioris provinciae extremum, in fines Vocon-
 tiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit; inde
 in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiavos
 10 exercitum ducit. hi sunt extra provinciam trans Rho-
 danum primi.

11. Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum 1
 suas copias traduxerant et in Haeduorum fines per-
 venerant eorumque agros populabantur. Haedui cum 2
 15 se suaque ab iis defendere non possent, legatos ad Ca-
 esarem mittunt rogatum auxilium: ita se omni tempore 3
 de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu
 exercitus nostri agri vastari, liberi eorum in servi-
 tute abduci, oppida expugnari non debuerint. eodem 4
 20 tempore [Haedui] Ambarri, necessarii et consanguinei
 Haeduorum, Caesarem certiore facijunt sese depopu-
 latis agris non facile ab oppidis vim hostium pro-
 hibere, item Allobroges qui trans Rhodanum vicis pos- 5
 sessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt
 25 et demonstrant sibi praeter agrj solum nihil esse reli-
 qui. quibus rebus adductus Caesar non exspectandum 6
 sibi statuit, dum omnibus fortunis sociorum consump-
 tis in Santonos Helvetii pervenirent.

12. Flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et 1
 30 Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate,
 ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit.
 id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. ubi 2
 per exploratores Caesar certior factus est tres iam
 partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse quar-

1 circa π || 3 his πR iis αU || 4 gaioceli β || 6 his πR iis αU |
add. RSchn. (cf. *I, 38, I, 7, 68, I*); ab (oppido) Ocelo *Walther*
 (cf. *7, 13, 3*) || 9 Segusiavos *Nipp.* sebusianos ω || 15 iis α
 his πR eis U || 18 eorum *del. Brantius, cf. Lebreton p. 16* ||
 20 *del. Ciacc.*

3 tera ne ad eos Ambiorix receptum haberet. his constitu-
 4 tis rebus paulo supra eum locum quo ante exercitum
 5 traduxerat, facere pontem instituit. nota atque instituta
 6 ratione magno militum studio paucis diebus opus effici-
 7 tur. firmo in Treveris ad pontem praesidio relicto, ne-
 8 quis ab his subito motus oriretur, reliquas copias equi-
 9 tatumque traducit. Ubii qui ante obsides dederant atque
 10 in deditionem venerant, purgandi sui causa ad eum le-
 11 gatos mittunt qui doceant neque ex sua civitate auxilia
 12 in Treveros missa neque ab se fidem laesam; petunt at-
 13 que orant ut sibi parcat, ne communi odio Germanorum
 14 innocentes pro nocentibus poenas pendat; si amplius
 15 obsidum velit dari pollicentur. cognita Caesar causa re-
 16 perit ab Suebis auxilia missa esse, Ubiorum satisfactio-
 17 nem accipit, aditus viasque in Suebos perquirat. 15

1 10. Interim paucis post diebus fit ab Ubiis certior
 2 Suebos omnes in unum locum copias cogere atque iis
 3 nationibus, quae sub eorum sunt imperio, denuntiare, uti
 4 auxilia peditatus equitatusque mittant. his cognitis re-
 5 bus rem frumentariam providet, castris idoneum locum
 6 deligit; Ubiis imperat, ut pecora deducant suaque omnia
 7 ex agris in oppida conferant, sperans barbaros atque im-
 8 peritos homines inopia cibariorum adductos ad iniquam
 9 pugnandi condicionem posse deduci; mandat, ut crebros
 10 exploratores in Suebos mittant quaeque apud eos geran-
 11 tur cognoscant. illi imperata faciunt et paucis diebus
 12 intermissis referunt: Suebos omnes, posteaquam cer-
 13 tiores nuntii de exercitu Romanorum venerint, cum
 14 omnibus suis sociorumque copiis, quas coegissent,

1 ambiorix receptum ad eos β | rebus constitutis β || 2 paulum α
cf. 6, 19, 4 || 4 opus paucis diebus β || 5 treviris (-bi- R) T α Transrhe-
 nanis *Oehler BphW. 1908, 1262 sine probabilitate* | praesidium ad
 pontem β || 6 oreretur B¹ χ Q || 7 ubi SM ubi hi TR ubi ii B¹ (?) U ||
 8 sui om. β || 9 auxilia ex sua civitate χ BMS || 10 treviros β |
 ab α Q a π || 11 ut om. β | parcat sibi β || 13 vellet dare α | reppe-
 rit ω || 14 a VU | suebis U suevis *cell.* | ubiorum V ubi horum *cell.* ||
 15 accipit *Dav.* accepit ω || 17 suevos β | unum in β ; *cf. ad 3, 16, 2;*
coniunge omnes . . . copias | iis *Man.* his ω || 18 sint χ BM | ut α ||
 23 adductos *del. Mo.* | ad iniquam α in aliquam β || 25 *et 27* sue-
 vos β || 28 venerant ML -runt T¹

penitus ad extremos fines se recepisse; silvam ibi esse 5
 infinita magnitudine quae appellatur Bacenis; hanc
 longe introrsus pertinere et pro nativo muro obiectam
 Cheruscos ab Sueborum Suebosque a Cheruscorum in-
 6 iuriis incursionibusque prohibere. ad eius silvae initium
 Suebos adventum Romanorum exspectare constituisse.

11. Quoniam ad hunc locum perventum est, non alie- 1
 num esse videtur de Galliae Germaniaeque moribus et, 2
 quo differant haec nationes inter sese, proponere. in Gal- 3
 4 lia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus
 pagis partibusque, sed paene etiam in singulis domibus
 factiones sunt, earumque factionum sunt principes qui 3
 summam auctoritatem eorum iudicio habere existiman-
 tur, quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium 4
 5 rerum consiliorumque redeat. idque eius rei causa anti-
 quitus institutum videtur, nequis ex plebe contra poten-
 6 tiores auxilii egeret. suos enim quisque opprimi et cir-
 cumveniri non patitur neque, aliter si faciat, ullam inter
 suos habet auctoritatem. haec eadem ratio est in summa 5
 20 totius Galliae; namque omnes civitates in partes divisae
 sunt duas.

12. Cum Caesar in Galliam venit, alterius factionis 1
 principes erant Haedui, alterius Sequani. hi cum per se 2
 minus valerent, quod summa auctoritas antiquitus erat 3
 25 in Haeduis magna eorum erant clientelae, Germa-
 nos atque Ariovistum sibi adiunxerant eosque ad se
 magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant. proe- 3
 4 liis vero compluribus factis secundis atque omni nobili-
 5 tate Haeduorum interfecta tantum potentia antecesserant, 8

1 sese L | esse ibi α || 2 appellatur ω appelletur *Steph., cf. 2,*
4, 10 | hanc β ac α || 4 a L β | Sueborum *Ciac.* suebis (-vis
 π U) ω | suevosque π U | Cheruscorum *Ciac.* cheruscis ω | iniuriis
 incursionibusque *del. Riemann Rev. de Phil. 14 (1890), 70 servata*
lectione Suebis . . . Cherusis. *sed tunc sine iusta ratione additur*
altera significatio Cheruscis ab Suebis aut Suebos a Cherusis ||
 5 initium silvae α || 6 suevos β || 11 partibusque *del. Dav., cf. 1,*
12, 4 | in om. α || 12 principes sunt TU pr. R || 15 idque β
 itaque α | antiquitus . . . (143, 23) parent *deest B folio exciso* ||
 18 faciunt β || 19 habeat *White* || 20 divisae sunt in duas partes β ||
 25 erant om. β

9 ut magnam partem clientium ab Haeduis ad se tradu-
 10 cerent obsidesque ab iis principum filios acciperent et
 11 publice iurare cogerent nihil se contra Sequanos consilii
 12 inuituros, et partem finitimi agri per vim occupatam
 13 possiderent Galliaeque totius principatum obtinerent. 5
 14 qua necessitate adductus Diviciacus auxilii petendi causa
 15 Romam ad senatum profectus infecta re redierat. adventu
 16 Caesaris facta commutatione rerum, obsidibus Haeduis
 17 redditis, veteribus clientelis restitutis, novis per Caesa-
 18 rem comparatis, quod ii qui se ad eorum amicitiam 10
 19 adgregaverant, meliore condicione atque aequiore im-
 20 perio se uti videbant, reliquis rebus eorum gratia digni-
 21 tateque amplificata Sequani principatum dimiserant. in
 22 eorum locum Remi successerant; quos quod adaequare
 23 apud Caesarem gratia intellegebatur, ii qui propter 15
 24 veteres inimicitias nullo modo cum Haeduis coniungi
 25 poterant, se Remis in clientelam dicabant. hos illi dili-
 26 genter tuebantur; ita et novam et repente collectam auc-
 27 toritatem tenebant. eo tum statu res erat ut longe prin-
 28 cipes haberentur Haedui, secundum locum dignitatis 20
 29 Remi obtinerent.

1 13. In omni Gallia eorum hominum qui aliquo sunt
 2 numero atque honore, genera sunt duo. nam plebes paene
 3 servorum habetur loco, quae nihil audet per se, nullo
 4 adhibetur consilio. plerique cum aut aere alieno aut 25
 5 magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum pre-
 6 muntur, sese in servitutem dicant. nobiles in hos eadem
 7 omnia sunt iura quae dominis in servos. sed de his duo-
 8 bus generibus alterum est druidum, alterum equitum. illi

4 occupatum T ρ || 7 infecta β imperfecta α || 9 clientelis veteribus β ; adi. vetus in bello Gallico ubique praecedit substantivum, item in belli civili praeter 1, 30, 4 et 2, 22, I || 10 ii ed. pr. hi ω || 11 aggregarant β || 12 [se] uti videbant <ur> Poutsma, Mnem. N.S. 25 (1897), 9 | dignitate β <ac> d. Mev. || 15 ii U hij MSV hi χ LTR | qui om. β || 17 dicebant MST¹ || 18 et prius del. Mev. || 19 tum α cum π tamen Paul | erat φ β erant γ || 20 haedui haberentur β || 22 in aliquo β || 24 nihil audet (aut et A¹ habet φ) per se α per se nihil audet β | nulli β || 25 concilio TU | aut prius om. β || 27 in servitutem sese β | nobiles; <quibus> Dinter || 29 druudum π quod videtur corruptum ex druadum, cf. C. St. p. 121²

rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata
 procurant, religiones interpretantur. ad hos magnus
 adolescentium numerus disciplinae causa concurrit
 magnoque hi sunt apud eos honore. nam fere de omnibus 5
 6 controversiis publicis privatisque constituunt, et siquod
 est facinus admissum, si caedes facta, si de hereditate, de
 finibus controversia est, idem decernunt, praemia poe-
 nasque constituunt. siqui aut privatus aut populus eorum 6
 decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. haec poena
 10 apud eos est gravissima. quibus ita est interdictum, hi
 numero impiorum ac sceleratorum habentur, his omnes
 decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, nequid
 ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus
 ius redditur neque honos ullus communicatur. his autem 8
 15 omnibus druidibus praest unus, qui summam inter eos
 habet auctoritatem. hoc mortuo aut, siqui ex reliquis
 excellit dignitate, succedit aut, si sunt pares plures,
 suffragio druidum adlegitur; nonnumquam etiam armis
 de principatu contendunt. hi certo anni tempore in fini-
 20 bus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur,
 considunt in loco consecrato. huc omnes undique, qui
 controversias habent, conveniunt eorumque decretis
 iudiciisque parent. disciplina in Britannia reperta atque
 inde in Galliam translata existimatur, et nunc qui dili-
 25 gentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo
 discendi causa proficiscuntur.

14. Druides a bello abesse consuerunt neque tributa 1
 una cum reliquis pendunt. militiae vacationem omnium-
 que rerum habent immunitatem. tantis excitati praemiis 2
 30 et sua sponte multi in disciplinam conveniunt et a paren-
 tibus propinquisque mittuntur. magnum ibi numerum 3

2 hos ω eos Nipp. | ad hos ... concurrit et hi del. Sydow ||
 6 admissum facinus α || 7 discernunt α || 8 privati β || 10 ita
 om. β || 11 ab his β || 12 eorum om. α || 13 cogitatione α |
 iis Q¹ Mev. || 15 druudibus π || 16 aut om. β | siquis VU ||
 17 plures pares α || 18 druudum π | adlegitur om. α deligitur
 White bene || 19 tempore anni β || 20 carnotum π || 21 luco
 Casaubonus || 24 translata esse α || 27 druudes π || 28 una α
 umquam β | militiae ... immunitatem del. Paul, cf. Barwick
 1943, 94

6 versuum ediscere dicuntur. itaque annos nonnulli vice-
 7 nos in disciplina permanent. neque fas esse existimant
 8 ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis
 9 4 privatisque rationibus, Graecis utantur litteris. id mihi
 10 duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vul- 5
 11 gum disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt,
 12 litteris confisos minus memoriae studere, quod fere
 13 plerisque accidit ut praesidio litterarum diligentiam in
 14 5 perdiscendo ac memoriam remittant. in primis hoc volunt
 15 persuadere non interire animas, sed ab aliis post mortem 10
 16 transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari
 17 6 putant metu mortis neglecto. multa praeterea de sideri-
 18 bus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magni-
 19 tudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac
 20 potestate disputant et iuventuti tradunt. 15

1 15. Alterum genus est equitum. hi cum est usus atque
 2 aliquod bellum incidit — quod ante Caesaris adventum
 3 fere quotannis accidere solebat, uti aut ipsi iniurias in-
 4 ferrent aut inlatas propulsarent —, omnes in bello ver-
 5 santur, atque eorum ut quisque est genere copiisque 20
 6 amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientes-
 7 que habet. hanc unam gratiam potentiamque noverunt.

1 16. Natio est omnis Gallorum admodum dedita religio-
 2 nibus, atque ob eam causam, qui sunt adfecti gravioribus
 3 morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut 25
 4 pro victimis homines immolant aut se immolatu-
 5 vent, administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur,
 6 3 quod pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non
 7 posse deorum immortalium numen placari arbitrantur,
 8 publiceque eiusdem generis habent instituta sacrificia. 30
 9 4 alii immani magnitudine simulacra habent, quorum con-
 10 texta viminibus membra vivis hominibus complent;
 11 quibus succensis circumventi flamma exanimantur ho-

1 vicenos β ·XX· α || 3 rebus fere β || 4 litteris utantur α || 5 vul-
 gum ω -us ed. pr. || 6 discant β || 11 maxime om. β || 14 ut supra α
 de vi deorum β || 18 fere ut supra β , post quod α || 20 copiis β ||
 21 circa β || 22 habent β || 23 omnium β || 27 druidibus π || 28 nisi
 (om. T) β non nisi α | hominis (om. T) vita $\chi\beta$ v. h. φ || 29 posse
 aliter β || 30 eius β || 31 magnitudine immani β | habent om. β

mines. supplicia eorum qui in furto aut latrocinio aut 5 12
 aliqua noxia sint comprehensi, graviora dis immortalibus 13
 esse arbitrantur. sed cum eius generis copia deficit, 15
 etiam ad innocentium supplicia descendunt.

5 17. Deorum maxime Mercurium colunt. huius sunt plu- 1
 rima simulacra, hunc omnium inventorem artium ferunt, 2
 hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quaestus 3
 pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitran- 4
 tur. post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Miner- 5
 10 vam. de his eandem fere quam reliquae gentes habent 2 6
 opinionem: Apollinem morbos depellere, Minervam ope- 7
 rum atque artificiorum initia tradere, Iovem imperium 8
 caelestium tenere, Martem bella regere. huic, cum proelio 3 9
 dimicare constituerunt, ea quae bello ceperint, plerum- 10
 15 que devovent; cum superaverint, animalia capta immo-
 lant reliquasque res in unum locum conferunt. multis 4 12
 in civitatibus harum rerum extractos cumulos locis con- 13
 secratis conspicari licet; neque saepe accidit ut neglecta 5 14
 quispiam religione aut capta apud se occultare aut 15
 20 posita tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium
 cum cruciatu constitutum est. 16

18. Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant 1
 idque ab druidibus proditum dicunt. ob eam causam 2
 spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium 3
 25 finiunt; dies natales et mensum et annorum initia sic ob-
 servant ut noctem dies subsequatur. in reliquis vitae 3
 institutis hoc fere ab reliquis differunt, quod suos libe- 6
 ros, nisi cum adoleverunt ut munus militiae sustinere 7
 possint, palam ad se adire non patiuntur filiumque 8

1 in latrocinio α || 2 aliqua ω alia RSchn. alia qua Kue. | noxa
 BM ϱ | diis L^cM^cT^cV deis Q || 3 defecit A^cQBM¹ || 4 innocen-
 tiam ϱ || 5 deorum Ciacc. deum ω , cf. Tac. Germ. 9, 1 || 12 in-
 itium χ || 13 gerere SLM^cU || 14 ceperunt T ϱ || 15 cum Ciacc.
 quae ω | superarint T ϱ -averunt ed. pr. || 16 -que om. β || 17 cum-
 ulos Ald. tumulos ω , cf. Liv. 5, 39, 1 | consecratis locis β ,
 cf. 6, 13, 10 || 19 apud se om. β || 20 ei rei α ibi β | supplicium
 horum delictorum β || 22 ab α a V ex T ϱ ; locus 2, 29, 4 aliter
 comparatus videtur || 23 druidibus π || 24 spatium β || 25 ut dies β
 et dies Ald. | mensum MB^c mensium χ SL β mensuum B¹ |
 observent AT¹

9 puerili aetate in publico in conspectu patris adsistere
10 turpe ducunt.

1 19. Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine
2 acceperunt, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum
3 dotibus communicant. huius omnis pecuniae coniunctim 5
4 ratio habetur fructusque servantur; uter eorum vita
5 superaverit, ad eum pars utriusque cum fructibus superi-
6 orum temporum pervenit. viri in uxores sicuti in liberos
7 vitae necisque habent postestatem, et cum pater familiae
8 inlustriore loco natus decessit, eius propinqui conve- 10
9 niunt, et de morte si res in suspicionem venit, de uxori-
10 bus in servilem modum quaestionem habent, et si
11 compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas
12 4 interficiunt. funera sunt pro cultu Gallorum magnifica
13 et sumptuosa; omniaque quae vivis cordi fuisse arbitran- 15
14 tur in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo supra
15 hanc memoriam servi et clientes, quos ab iis dilectos
16 esse constabat, iustis funebribus confectis una crema-
17 bantur.

1 20. Quae civitates commodius suam rem publicam ad- 20
2 ministrare existimantur, habent legibus sanctum, si quis
3 quid de re publica a finitimis rumore ac fama acceperit,
4 uti ad magistratum deferat neve cum quo alio commu-
5 nicet, quod saepe homines temerarios atque imperitos
6 falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de 25
7 summis rebus consilium capere cognitum est. magis-
8 tratus quae visa sunt occultant, quaeque esse ex usu
9 iudicaverunt, multitudini produnt. de re publica nisi per
10 concilium loqui non conceditur.

1 21. Germani multum ab hac consuetudine differunt. 30
2 nam neque druides habent qui rebus divinis praesint,
3 neque sacrificiis student. deorum numero eos solos du-

3 virique β || 4 acceperint VU || 6 uter α ut β || 7 superarit α |
fructu β || 13 igne β ; cf. *Meu. L. C. II 1 p. 31* || 15 omnia quae-
que α || 17 iis U hiis T his α RV || 18 funebribus *Ursinus* fune-
ribus ω , cf. *Liv. I, 20, 7* || 21 siquis quid χ BMS siquis L siquid β |
22 ac β aut α | acceperint ... deferant β || 23 uti ... commu-
nicet *om.* ML | communicent π || 24 impeditos α || 27 quaeque α
quae β || 31 druides π

cunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur,
Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos ne fama quidem
acceperunt. vita omnis in venationibus atque in studiis 3
rei militaris consistit; a parvis labori ac duritiae student.
5 qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter 4
suos ferunt laudem; hoc ali staturam, ali vires nervos- 9
que confirmari putant. intra annum vero vicesimum 5
feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus: 10
cuius rei nulla est occultatio, quod et promiscue in flu-
10 minibus perluuntur et pellibus aut parvis renorum
tegimentis utuntur, magna corporis parte nuda.

22. Agri culturae non student, maiorque pars eorum 1
victus in lacte caseo carne consistit. neque quisquam 2
agri modum certum aut fines habet proprios, sed magis- 3
15 tratus ac principes in annos singulos gentibus cogna-
tionibusque hominum quique una coierunt, quantum et 4
quo loco visum est agri, adtribuunt atque anno post alio 6
transire cogunt. eius rei multas adferunt causas: ne 3
adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agri 7
20 cultura commutent; ne latos fines parare studeant poten-
tioresque humiliores possessionibus expellant; ne accu- 9
ratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent; nequa 10
oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissen- 11
sionesque nascuntur; ut animi aequitate plebem conti- 12
25 neant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari 4
videat.

23. Civitatibus maxima laus est quam latissime circum 1
se vastatis finibus solitudines habere. hoc proprium vir- 2
tutis existimant, expulsos agris finitimos cedere neque 3
30 quemquam prope se audere consistere. simul hoc se fore 3
tutiores arbitrantur, repentinae incursionis timore 4

4 ab parvulis α || 6 hoc ali staturam ali *Ald.* hoc alii staturam
alii α alii hoc staturam, alii hoc β hoc staturam alii, hoc *Gertz* ||
10 aut ω ; an ac ? cf. *p. XI sq.* | renonum QV rhenonum BS ρ reno-
rum T rhenorum AML || 11 tegumentis φ || 13 lacte et caseo et
carne β || 16 quique β qui cum α | et β ei α || 17 adtribuunt
agri T ρ || 18 ne α quod neque β || 19 belligerandi ρ || 20 poten-
tiores <at>que *Mue.* || 22 <quam> ad *Jur.* | neque ML π || 24 nas-
cantur *Polaschek, Serta Harteliana 1896, 226 non male* || 27 latis-
simis β -mas ε || 30 se prius *om.* α

4 sublato. cum bellum civitas aut inlatum defendit aut
 5 infert, magistratus qui ei bello praesint et vitae necis-
 6 que habeant potestatem deliguntur. in pace nullus est
 7 communis magistratus, sed principes regionum atque
 8 pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt.
 9 6 latrocinia nullam habent infamiam quae extra fines
 10 cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis exercendae
 11 ac desidia minvendae causa fieri praedicant. atque ubi
 12 quis ex principibus in concilio dixit se ducem fore, qui
 13 sequi velint, profiteantur, consurgunt ii qui et causam
 14 et hominem probant, suumque auxilium pollicentur at-
 15 que a multitudine conlaudantur; qui ex his secuti non
 16 sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur,
 17 omniumque his rerum postea fides derogatur. hospitem
 18 violare fas non putant; qui quacumque de causa ad eos
 19 venerunt, ab iniuria prohibent sanctosque habent, his-
 20 que omnium domus patent victusque communicatur.

1 24. Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute
 2 superarent, ultro bella inferrent, propter hominum mul-
 3 titudinem agrisque inopiam trans Rhenum colonias
 4 2 mitterent. itaque ea quae fertilissima Germaniae sunt,
 5 loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et
 6 quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi
 7 Orcyniam appellant, Volcae Tectosages occupaverunt
 8 atque sibi consederunt; quae gens ad hoc tempus his
 9 sedibus sese continet summamque habet iustitiae et
 10 bellicae laudis opinionem. nunc quoniam in eadem inopia
 11 egestate patientia qua (ante) Germani permanent, eodem
 12 victu et cultu corporis utuntur, Gallis autem provin-

Testimonia: 13 Tac. Germ. 28, 1 validiores olim Gallorum
 res fuisse summus auctorum Divus Iulius tradit, eoque credibile
 est etiam Gallos in Germaniam transgressos

2 et Ciacc. ut ω || 3 nullus φ nullis $\chi\beta$ || 10 ii χU hii TR
 hi φV || 12 ab α | his ω iis ed. pr. || 14 hospites violari β ||
 15 quaque α || 16 ab om. β | -que om. α || 21 itaque α atque β ||
 22 quam α quae β | eratosteni (-em A -enit S) α erat hostheni
 (-teni ϱ) β || 23 nota β || 24 orciniam LV ϱ | Volcae Ursinus volgae BS
 volgo χ vulgo ML β | tectosages AML || 26 iustitiam S β || 27 quon-
 iam β quod (quoque S¹) α || 28 add. Heller || 29 et om. β | provin-
 ciae Vasc. provinciae Romanae Elberling haud male

ciarum propinquitas et transmarinarum rerum notitia
 multa ad copiam atque usum largitur, paulatim adsue-
 facti superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi
 cum illis virtute comparant.

5 25. [Huius Hercyniae silvae quae supra demonstrata 1
 est, latitudo novem dierum iter expedito patet: non enim
 aliter finire potest neque mensuras itinerum noverunt.
 oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum fini- 2
 bus rectaque fluminis Danuvii regione pertinet ad fines
 10 Dacorum et Anartium. hinc se flectit sinistrorsus diver- 3
 sis a flumine regionibus multarumque gentium fines
 propter magnitudinem attingit. neque quisquam est huius 4
 Germaniae, qui se [aut audisse] aut adisse ad initium
 eius silvae dicat, cum dierum iter LX processerit, aut quo
 15 ex loco oriatum acceperit. multaque in ea genera ferarum 5
 nasci constat, quae reliquis in locis visa non sint, ex
 quibus quae maxime differant a ceteris et memoriae
 prodenda videantur, haec sunt.

26. Est bos cervi figura cuius a media fronte inter 1
 20 aures unum cornu existit excelsius magisque directum
 his quae nobis nota sunt, cornibus; ab eius summo sicut 2
 palmae ramique late diffunduntur. eadem est feminae 3
 marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.

27. Sunt item, quae appellantur alces. harum est con- 1
 25 similis capris figura et varietas pellium, sed magnitu-
 dine paulo antecedunt mutilaeque sunt cornibus et crura
 sine nodis articulisque habent. neque quietis causa pro- 2
 cumbunt, neque siquo afflictas casu conciderunt, erigere
 se ac sublevare possunt. his sunt arbores pro cubilibus; 3
 30 ad eas se adplicant atque ita paulum modo reclinatae
 quietem capiunt. quarum ex vestigiis cum est animad- 4
 versum a venatoribus quo se recipere consuerint, omnes

2 usum β || 5 Huius... (150,17) poculis utuntur del. Meu. |
 hercyniae (vel -cin-) α hircaniae β | supra i. 6, 24, 2 || 3 raura-
 corum β tauriacorum α || 9 Danuvii Glueck danubii ω ||
 11 ab α || 12 nec β || 13 del. ζ | ad om. Aim. || 14 eius α huius β ||
 15 multa ed. pr. || 17 memoria β || 21 iis Vasc. | eius ω eo Meu. ||
 22 rami quam β | diffundunt β || 23 statura Paul || 24 altes α ||
 25 sed α et V om. T ϱ || 27 articulisque AQ¹BM¹ || 29 sese α | ac β
 aut α quod probat R. Holmes

eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores, tantum ut summa species earum stantium relinquatur. huc cum se consuetudine reclinaverunt, infirmas arbores pondere adfligunt atque una ipsae concidunt.

1 28. Tertium est genus eorum qui uri appellantur. hi sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie et colore et figura tauri. magna vis est eorum et magna velocitas; neque homini neque ferae, quam conspexerunt, parcent. hos studiose foveis captos interficiunt. hoc se labore durant adulescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus quae sint testimonio, magnam ferunt laudem. sed adsuescere ad homines et mansueferi ne parvuli quidem excepti possunt. amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt. haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.]

1 29. Caesar postquam per Ubios exploratores comperit Suebos se in silvas recepisse, inopiam frumenti veritus, quod ut supra demonstravimus minime omnes Germani agri culturae student, constituit non progredi longius; sed, ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem ultimam pontis quae ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum rescindit atque in extremo ponte turrim tabulatorum quattuor constituit praesidiumque cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit magnisque eum locum munitionibus firmat. ei loco praesidioque Gaium Volcaciū Tullum adulescentem praefecit. ipse, cum maturescere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus per Arduennam silvam [quae est totius Galliae maxima atque ab ripis Rheni

1 a β || 7 vis est (est vis U) eorum β vis eorum est (est om. L) α || 8 et neque homini β | conspexerint Q^cβ -rit S || 13 mansueti fieri φ || 15 a om. β || 19 suevos β | sese α || 20 supra i. 6, 22, 1 | omnes ω homines Dav. || 26 turrem β || 29 Volcaciū Ditt. volcaciū (-anum U) β vulcaciū (-lga-Q) QBM vulcaciū ASL | tullum (-lium S) α om. β || 30 praefecit Vasc. || 32 quae . . . patet del. Bentl. (cf. C. St. p. 53 et 214) | a ρ Oros. 6, 10, 18 om. π

finibusque Treverorum ad Nervios pertinet milibusque amplius quingentis in longitudinem patet.] Lucium Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit, siquid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere possit; monet ut ignes in castris fieri prohibeat, nequa eius adventus procul significatio fiat; sese confestim subsequi dicit.

30. Basilus ut imperatum est facit. celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere multos in agris opinantes deprehendit. eorum indicio ad ipsum Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitibus esse dicebatur. multum cum in omnibus rebus, tum in re militari potest fortuna. nam (ut) magno accidit casu, ut in ipsum incautum etiam atque imparatum incideret, priusque eius adventus ab hominibus videretur, quam fama ac nuntius adferretur, sic magnae fuit fortunae omni militari instrumento quod circum se habebat erepto, raedis equisque comprehensis ipsum effugere mortem. sed hoc factum est quod aedificio circumdato silva — sunt fere domicilia Gallorum, qui vitandi aestus causa plerumque silvarum ac fluminum petunt propinquitates — comites familiaresque eius angusto in loco paulisper equitum nostrorum vim sustinuerunt. his pugnantibus illum in equum quidam ex suis intulit, fugientem silvae texerunt. sic et ad subeundum periculum et ad vitandum multum fortuna valuit.

31. Ambiorix copias suas iudicione non conduxerit quod proelio dimicandum non existimaret, an tempore exclusus et repentino equitum adventu prohibitus, cum reliquum exercitum subsequi crederet dubium est. sed certe dimissis per agros nuntiis sibi quemque consulere iussit. quorum pars in Arduennam silvam, pars in continentes paludes profugit. qui proximi Oceano fuerunt,

1 et milibus β || 2 quinquaginta Oros. || 3 municium β | Basilum Jungermann basilium ω item v. 8 || 5 possit L -et celt. || 13 add. Schn. (sicut) Ber. || 15 adventus eius π | hominibus φ omnibus χβ || 16 nuntius adventus β || 19 hoc quoque α || 20 domicilia α aedificia β || 21 atque φ || 24 impulit β || 26 multum α tumultum β || 28 existimaret ζ -rit (-averit R -avit L) ω || 29 equitatus β || 33 qui hinc β